Quelle: http://manuscripta.at/?ID=8509
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



Petrus autem stabat ad ostium foris
Exiuit ergo discipulus ille alius qui erat notus pontifici et dixit ostiariae et introduxit petrum
Dicit ergo petro ancilla ostiaria
Numquid et tu ex discipulis es hominis huius
Dicit ille non sum
Stabant autem serui et ministri ad carbones
quia frigus erat et calefaciebant se
Erat autem cum eis et petrus stans et calefaciens se
Pontifex ergo interrogauit ihm de discipulis suis et de doctrina eius
Respondit ei ihs ego palam locutus sum mundo
Ego semper docui in synagoga et in templo quo omnes iudaei conueniunt